

A Motus caeli componitur ex duobus motoribus, quorum unus est finite motionis, & est anima existens in eo: & alter est infinite motionis, & est potentia, quae non est in materia.

I S T A propositio fuit lapsus sapientum, & scribitur per Auer. in. 12. Meta. cō. 4. Quid enim uoluerit, q̄ cœli habeat duos motores. Vnde est cōiunctus, & ille est anima caeli, & ab isto cœlum mouetur effectiue. Alius aut̄ est motor separatus, & ille mouet cœlum in genere causę finalis, & ille est Deus gloriosus, à quo cœli mouetur solum in ratione amari, & desiderari, & per consequens in ratione finis, Et ista fuit opinio Doctoris subtilis in. 7. q. quolibet. & fuit opinio eximii doctoris Anto. Trombe. in speciali q̄one de hoc, ita q̄ cœlum à primo principio non mouetur immediate in genere causę efficientis, quia tunc ille motus esset in instanti, sed mouetur ab eo in rōne finis. Ita q̄ multi etiā alii tenuerunt de mente Aristō. & Cōmē. propter pręsentem auctoritatē, Deum esse uigoris infiniti. Ad ducit etiam rōnem, quę reputatur Achilles. Nam Arist. 8. Ph. demonstrat primum motorem non esse corpus, nec uirtutē in corpore, si nulla uirtus finita, mouet per tēpus infiniti, sed omne corpus, uel uirtus in corpore est finita, igitur nulli corpus, uel uirtus in corpore, mouet per tēpus infiniti. tunc ultra, nulli corpus, uel uirtus in corpore, mouet per tēpus infinitum: sed primus motor mouet per tēpus infiniti: ergo nō est corpus, nec uirtus in corpore. Tunc querunt de qua finitate loquatur Arist. in illa prima propōne primi syllogismi, uel uigoris, uel duratiōnis. si de finitate duratiōnis, uera est maior, sed minor, tunc erit falsa, quia nō omne corpus, uel uirtus in corpore est finitū in duratiōne, quia instantia est in propōe de cœlo, quod secundū Aristō. est æternū. Si loquitur de finitate uigoris, habeo intentū, nam cū primus motor moueat sempiterno tēpore, igitur non est uigoris finitū, & est ratio Doct. subtilis in. 7. q. quolibet. Dico salua reuerentia taliter opinantū istam non fuisse mentem Auer. sicut sibi imponunt istū, nec fuit opinio Arist. q̄ Deus immediate nō moueat. unde licet hoc ample probauerim in quadā speciali q̄one, quę feci in adoleſcentia mea de triplici casualitate intelligentię, tamen ultra illas auctoritates solā unica ratione hoc uolo demonstrare in uia ipsorum, & præcipue in uia Cōmē. Nam ipse uult, q̄ primum principū esse nō potest demonstrari nisi uia motus, ut testatur Cōmē. in. 8. Ph. cō. 3. contra Auer. & in cō. uii. primi Ph. & in cō. 5. in. 12. Meta. modo si primus motor immediate non mouet, ut efficiens, igitur Naturalis nō demonstrat primum motorem esse. Dices q̄ demonstrat ipsum esse uia motus inquantum mouet ut finis. Sed hoc iterū minime stare potest, quia notio primi motoris in rōne finis, non pertinet ad naturalem, sed pertinet ad Diuinā. nā secundū Alexā. & Auer. 12. Meta. 5. & 6. cō. Primum motor, prima forma, & primus finis, sunt unū subiecto, & sunt tria in intentione. prima autē forma, & primus finis à Metaphysico considerantur, sed prima materia, & primus motor considerantur à Naturali, ut sæpe diximus ex mente Auer. & ita accideret primum principium, uia qua mouet, ut finis demonstrari esse in Metaphysica, & non in naturali Phia. & per uitam meā ratio ista solui non potest sustinendo principia Auer. Amplius quō numerus intelligentiarū innotuisset Arist. si non quælibet separata substantia effectiue mouet aliquē orbē. De eo aut̄ in quo dicit Auer. tenuisse Deū esse infinitū uigoris, in hoc Auer. ut patet ex sermonibus eius lōgo tempore fuit ambiguus, & quę conatus est fugere istā difficultatē, dixit enim in. 8. Ph. cō. 79. respondēdo ad secundā quōnem ibi motū, propter quid est, q̄ si potētia corporea habet actionē infinitā, sequitur ipsam mouere in instanti, & nō sequitur de uirtute in corpore quę habet actionē infinitā, ut moueat in nō corpore, soluēdo quæ dicit. Ad secundā autē quōnem qua queritur, ut si potuerimus actionē infinitam in corpore, sequitur q̄ motus sit in nō tēpore, & nō sequitur si potuerimus actionē infinitā esse potentia, nō in corpore sic respondentes dicimus, q̄ si potuerimus actionem propriam esse corporis, sequitur q̄ inſit ei potentia infinita, si autē posue-

rimus alicuius non corporis, tunc potentia illius nō potest dici finita, nec infinita. Finitū enim & infinitū solum de corporibus dici possunt. Et parū infra dicit, q̄ maius, & minus solius est quantitas, unde si dixerimus potētiās esse in corporibus, tunc actio earū erit proportionalis. In corpore potētiā motiue ad potētiā motiui est sicut proportio uelocitatis motus ad uelocitatem, existentibus autē non in corpore non est proportio, cū proportio sit solius magnitudinis ad magnitudinem, uel eorum quę inſunt magnitudini, eo q̄ inſit ei, & hæc manifesta sunt per se. Et mirum est de tanto uiro, qui in tam paruo spacio sibīpī manifestissime cōtradicit. nam in solutione primæ quōnis ibidem motæ quærebatur, utriū omnis corporis sit potentia finita, an in hac propositione cōtineatur corpus cœlestē. si enim ita esset, tunc corpus cœlestē esset corruptibile, dicit q̄ potētiā motiue dupliciter dici possunt infinitæ, aut q̄ actio earum nunquā cessat, & hoc est infinitum in duratiōne: aut quia motio earum est tantę uelocitatis, quod inuenitur magis, & hoc est q̄ dicitur infinitū in uigore, & dicit q̄ secundum istū secundum modū non inuenitur infinitū, quia tunc motus proueniret in nō tempore, & dicit q̄ motores tam materiales, quā non materiales secundū hunc modū cōueniunt, q̄ motio eorum est finita, & q̄ corpora cœlestia excedunt seinuicem in uelocitate, quāuis motores eorū non sint in materia ubi manifesta uidentur dicere, q̄ quilibet motor, tam corporeus, quā incorporeus est finitū uigoris, & ita uidetur si esset uerū quod dicit in solutione secundæ quōnis, solutio primæ ueretur manifeste. Amplius autem cōtradicit ueritati in se, quia licet in substantiis incorporeis non sit finitum, aut infinitum, nec magis, nec minus inſequētia quantitate molis, seu quantitate proprie dictā, tamen in illis naturis est magis, & minus secundū perfectionē, nam species entium sunt sicut numeri, nō enim intelligentiarū perfectio cōsistit in puncto sicut ipsemet testatur in lib. Destruc. destruc. in dispu. 3. in solutione. 18. dubij. & in. 12. Meta. cō. 44. Et ideo ab ipsa tandem ueritate coactus aliam solutionem dedit in lib. de Substantia orbis in. 3. cap. ubi nullibi, ita resolute scripsit, & aperte inquit enim. Ad quōnem secundam ubi motam, qua quærebatur, an uirtutes actionē in corporibus cœlestibus sint finitæ, dicit sequi uidentur ex uerbis Arist. in. 2. Cœli, & mundi. ubi dixit, q̄ cum corpora cœlestia sunt finitæ quātūtatē, uirtutes eorum uidentur esse finitæ, & q̄ si stelle quę sunt in orbē stellarum fixarum essent plures, aut motores non possent eas mouere uniuersaliter, & cetera soluēdo dicit. Et ad hoc dicamus breuiter, q̄ infinitum dicitur duobus modis. quorum unus est, uirtus inſinitæ actionis, & passionis in tempore, & est finita in se, si in uelocitate, & uigore. Secundus est uirtus infinitæ actionis, & passionis in se intelligit in uigore, & potentia. Et tunc ponit duas cōclusiones, quod uirtus infinita in actione sua, aut in passione non existit in corpore. siue fuerit cœlestis, siue generabile, & corruptibile, hoc enim non accidit corpori nisi secundum quod est corpus infinitum, & ideo orbis mouent, & mouentur in tempore. Et ista est prima cōclusio de mente eius uniuersaliter tenenda, quia nulla uirtus existens in corpore, siue æterno, siue corruptibili, est infinita in se, id est infiniti uigoris, & ratio inſitus conclusiois est, quia infinitas uigoris si daretur inſequitur corpus infinitū, in eo quod infinitum, sed nō datur corpus infinitum naturaliter loquendo ut patet. 3. Ph. & 1. c. cœli, & nun. in tractatu de infinito. Sed dices, quomodo infinitas uigoris inſequitur corpus infinitum in eo quod infinitum. R. respondetur, quia Auer. uult uirtutes corporeas esse diuisibiles, & uolūt Ph. q̄ in tali maiori quantum ceteris paribus est maior uirtus, & ideo uirtus ista si augetur in infinitum, hoc est, quia corpus augetur in infinitum. & hoc est, quod dicit Cōmē. in illo loco dicens. infinitum igitur in uigore cuius causa est, corpus inquantum corpus impossibile est, q̄ sit tam in cœlestibus corporibus, quam in aliis, & in. 8. Ph. com. 79. dicit. Nos autem dicimus, q̄ ex. 6. uerborum Arist. in hac demonstratiōne apparet, q̄ potentia eius passiuā, si susceptiua motionis est finita, sicut enim actio infinita nō est forme

D
Cōtradictio clara in Auer.

E
ADDI. Adde Arist. auctoritatē 5. Met. tex. 16. ubi ait magnum & parū quāti passiones sic essent ferri uero ad alia. Solo ipſius Cōmentā.

F
Dubitū. Solutio.

Prop. 6. e. 1.
Auer. in. 7. q. 1. q. 10. liberorum.

Achilles po. nium in. 7. q. 1. q. 10. liberorum.

Impugnatio.

Respondetur q̄ licet in. 7. q. 1. q. 10. dicit, mouet tamen mediate.

Etia. Impugnatio.